ex Sardinia adlatum est. Ediderunt nummos duos auctores Sardi della Marmora (*voy.* 2 p. 454 tab. 34 f. 2, *itin.* 1 p. 333. 463) et Spano (*mem. sull' antica Truvine* p. 17 = *Bull. Sardo* 1858 p. 199, ibidem 1863 p. 17, Mnemos. tab. 13 fig. 12. 13. 14), item posteriorem pro Hispano Mionnetus 6 p. 662 n. 353. — Hos nummos veri simile est in Sardinia cusos esse, cum et ibi potissimum inveniantur et imagines eo ducant; sed litterae singulares quid significent, quaeritur. Earum his: Q·A·M·P·C·V (V ab altero abest) ·II·V vel, si mavis, A·M·P·C·V·II·V·Q apparet nomina significari IIvirorum vel IIvirorum quinquennalium; in reliquis C·P·M·L·D probabile est *c(oloniae)* cuiusdam nomina latere, sed nullum novimus Sardiniae oppidum, cui probabiliter accommodentur.

7845 tabula aerea rep. prope vicum Ysellus GAZZ. fortasse coniectura magis ductus quam testimonio usus diserto. Della Marmora, a quo habuit Gazzera, de origine in editione a. 1840 tacet (*trouvée en Sardaigne il y a une douzaine d'années*), in itinerario a. 1860 ait repertam esse in agro Caralitano (*trouvée près de Cagliari il y a une trentaine d'années*). Est Cagliari in museo.

SEX · SVLPICIO · TERTVLLo p. C.
Q · TINEIo · SACERDOTE · CoS 158
K SEPT
cOLÓNIA · IVLIa AVGVSTA uSelIS · HOSPITI
VM · FECIT CVM M ARISTIO BAlBINÓ · ATI
NIANO EVMque SIBI LIBERIS · POSTERISQ
SVIS · PATROnum COOPTAVERVNT
M ARISTIVS BALBINVS · ATINIANVS · HOS
PITIVM FECIT CVM · POPVLO · COLON · IVLIAE
AVG · VSELIS LIBEROS · POSTEROSQVE EO
RVM IN FIDEM · CLIENTELAMQVE SVAM
SVORVMQVE · RECEPIT
EGERVNT · LEGATI
L· FABRICIVs FAVSTVS IIVIR QQ SEX · IVNIVS CASSI
ANVS C ASPRIVS FELIX C ANTISTIVS VETVS SCRIB

Recognovimus. Gazzera *di un decreto di patronato e clientela della colonia Giulia Augusta Usellis* in actis acad. Taur. vol. 35 (1831) p. 35 et tab. 3 eodemque exemplo della Marmora *voy.* (1840) tom. 2 p. 466 n. 5 et Angius apud Casalis *diz.* 18, 2 p. 565. Henzen 6413.

Pessimi exempli quod adhuc circumferebatur menda non adnoto; sufficit observavisse deesse ibi v. 3, oppidi nomen mutari in Usellis et sic deinceps.

7846 Usellis SPANO. Sassari apud canonicum Sclavo vidit NISS.

d M
iVLIVS · LV
NVS · VTICEn
siS · PI · VIX ·
XV · M ·
VCRI

Spanus et Pais ectypa miserunt Henzeno et mihi. Spanus edidit *Bull. Sardo* 1864 p. 93. Vidit Nissardius.

6 GRIL ed.

7847 Usellus rep. MARM. Nunc Cagliari in museo.

C · ANTISTIVS · V
PATRI · ET · MATri
OPTIMIS · PARENtib
POSTERISQVE · SVis

Descripsimus. Gazzera ms.; della Marmora *voy.* II p. 492 n. 62; Spano *Bull. Sardo* 1856 p. 127.

7850 Assolo in domo rectoris in fenestra.

TO VTO
VLI Ↄ N
V S OM
AC A M
O F TEIV
R V MSE
A F VSA
VAn XLIIX
I O V M
STI VS F
P I N

Recognovit Schmidt descriptam a Nissardio. Memorat Spano *lap. terminale* (1869) p. 52.

7851 Nuraghus in sepulcro rep. in praedio notarii Raim. Sionis.

magnus lapis, in quo non legitur nisi vocabulum
PRAETOREM

Gabriel de Ville apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1876 p. 96.

Nuraghus cum a. 1878 domus Iosephi Madau aedificaretur, lapidem scriptum repertum esse hodie ita in opere collocatum, ut litterae lateant, incolae narrarunt Schmidtio. Inquirenti in eam rem Fiorellio dominus respondit litteras, antequam lapis in opere collocaretur, ab operis excisas esse.

7848 Assolo inserta muro ecclesiae campestris S. Luciae.

/AMOCADAE
/EBENNI VER
/IACCLAM
//II HIC SIT EST

Recognovit Schmidt descriptam a Nissardio. Memorat Spano *lap. terminale* (1869) p. 52.

7849 Assolo inter rudera ecclesiae campestris S. Luciae.

IVNIO SO//
XXXI/FECAN

Recognovit Schmidt descriptam a Nissardio. Memorat Spano *lap. terminale* (1869) p. 52.

VII. SARDINIAE INFERIORIS REGIO ORIENTALIS.

Alpestris regio supra Carales perpauca monumenta dedit, sed ea fere primaria, scilicet n. 7856 inscriptionem Latinam Punicam Graecam Aesculapio dedicatam ab actore sociorum salariorum omnium Latinarum in insula repertarum longe antiquissimam, eruderatam ad vicum Pauli Gerrei; n. 7857 sacram eidem numini repertam Donigalae; n. 7858 Herculi dedicatam a Martensibus nescio quibus repertam prope Serri; n. 7852 decretum Esterziliense, quo fines reguntur inter populos duos Galillenses et Patulcenses Campanos, quorum populorum auctoribus ignotorum alter redire videtur in gemma *Larum Galillensium*, alter in titulo n. 7933; denique privilegia tria veteranis data n. 7853. 7854. 7855 reperta Ilboni et Tortolì in ora, quorum hoc datum est homini Fifensi nationis pariter ignotae. Probabile est has regiones litterarum Romanarum ipsiusque fortasse linguae Latinae expertes fuisse neque fuisse in partibus illis Latine scripta monumenta exceptis privilegiis, quae classiarii reduces ex militia domum reportassent. Ceterum in vicum Tortolì secundum mensuras incidit mansio viae litorii orientalis quae est Sulcis (supra p. 778 c. I), in Serri autem mansio viae mediterraneae Caralibus Ulbiam quae est Biora (supra p. 778 c. II).